

Wimmelband

U. q. 97.



COLLEGII FEUDALIS  
DISPUTATIO XIII.  
DE FEVDIS NON PRO-

PRIIS.

Quam

M. D. C. E. A.

PRÆSIDE AMPLISSIMO  
CLARISSIMOQUE VIRO, DOMINO THO-  
MA FRANZIO, IC, Feudaliumq̄ consuetud. in  
Almâ Vitebergensi Professore publico  
defendendam proponit,

MARTINUS IEMNICIUS,  
Mysnensis,

XVI. Decembr.



WITEBERGÆ,  
Typis M. Georgij Mullerj,  
Anno M. D. XCVI.



TAM SVA QVAM AVITA  
 NOBILITATE, ERUDITIONIS LAU-  
 de, & virtutum splendore commendatis  
 simis juvenibus,

CHRISTIANO MÖNCHAVEN,  
 IN NASSAV ET SEGER,  
 ANTONIO NAZMER, IN  
 Gutzmin & Ristau,  
 CHILIANO GOLTSTEIN, PA-  
 tricio Saxohalensi in Passendorff.

EQVITI-  
 BUS Pome-  
 ranis.

Ἐπιπέμπω hanc, de feudis non proprijs, Honoris, Amoris,  
 & amicitiae τιμῆς. P.

*Respondens.*

WITBERG  
 Typis Georgij Mollerij  
 Anno M. D. XCVI



## CONTINUATIO.



Eudum à qualitatibus adiunctis di-  
viditur in proprium, & non propri-  
um. (a) Hactenus de proprijs disqui-  
situm est, sequitur, ut de non pro-  
prijs, in συζητήσεως hujus thesibus bre-  
viter dispiciamus. Recto enim benè cognito, faci-  
lis est obliqui dijudicatio. (b)

(a) *§ fi. de his qui feud. dare poss. c. unico. de consuet. rectè feu-  
di. Alvar. in prælud. feud. n. 23. Zas in Epit. feudali de feudis  
degenerantibus. Rosenthal. c. 2. concl. 27. & seq. Vultejus lib. 1.  
feud. c. 8. n. 38. fol. 340. Dominus Franzius in principio præl.  
suarum in consuet. feud.*

(b) *Vvesenb. de feudis c. 2. n. 10. Phil. Mel. in Dialect. suis lib.  
4. fol. 342. Titelm. in præf. lib. 6. sue Dialect. de Elenchis So-  
phist.*

### THESIS PRIMA.

**E**st autem feudum non proprium sive degenerans quod pro-  
prium feudi naturam non habet, sed in feudi naturalibus  
mutatum vel alteratum est.

*c. 1. de feudo non habente propr. feud. naturam. § fi. de his qui  
feudum dare poss. c. 1. de feudis improprijs Vvesenb. d. c. 2. n. 10.  
Borch. c. 4. de feudis n. 29. Schrad. p. 2. c. 3. n. 2. Vultejus lib.  
1. feud. c. 8. n. 38. Dominus Franzius d. loco.*

#### II.

Alterantur vel mutantur naturales feudorum propriorum  
qualitates, vel juris feudalis dispositione: (a) vel pacto & con-  
ventionem. Et efficitur feudum non proprium, si vel ab uno à pro-  
prium feudorum qualitatibus, quas in genere habent, disces-  
sum fuerit.

(a) *c. 1. de feudo Guard. & Guast. c. 1. de feudis habitationum  
c. 1. quis dicatur Dux. ipsa juris feudalis dispositione, quia feu-  
dalis consuetudo, quædam feuda perpetua esse noluit, ut sunt fen-  
do*

da Guardia, Gastaldie, camera, cavena &c. ideo etiam ἀνόμαλα  
feuda nuncupantur.

Ζήτημα I.

Quid si ab horum feudorum degenerantium qualitatibus  
naturalibus pacto vel conventionem non nihil recedatur? Quate-  
nus ad communem feudorum naturam accedunt, eatenus pro-  
pria ejusmodi feudi fieri dicendum erit. Posse verò feuda tem-  
poralia pacto fieri perpetua, comprobatur, c. Vnico de feudis  
habitationum, ibi, nisi specialiter actum sit.

c. Vnico de feud. Guard. & Guast. ibi, nisi ad certum tempus c.  
Vn. de feud. improprium nat. hab. Vult. lib. 1. feud. c. 8. n. 38.  
fol. 342.

Ζήτημα II.

An feuda Soldatæ à feudis camerae sive cavenæ discrimi-  
nentur, quæritur? Videbimus, ajunt quidam, (a) quidam ne-  
gant. Aliquam tamen differentiam (illa licet magna non sit)  
constituentibus astipulabimur, propter expressum juris feudi-  
stici textum. (b)

(a) Borch. de feudis c. 4. n. 50.

(b) c. 1. quis dicatur Dux. Alvar. in d. c. quis dic. dux. n. 2.  
Thomas de Marinis tit. 16. Belviso lib. 2. c. 29. Rosenth. c. 2.  
concl. 30. Vult. feud. lib. 1. d. c. 8. n. 15. fol. 289. Feuda enim  
camerae & cavenæ, ob præstitum servitium, ex camera sive ara-  
rio Domini certâ quantitate, sive ex canua, hoc est, ex penuario  
vini & frumenti percipiuntur, Soldata verò, est quidem præstatio  
annua, sed gratuita, & quæ præcipue nobilibus ad paupertatem  
reductis solita erat dari attestante Gothofredo in d. c. quis dicatur  
dux.

Ζήτημα III.

Num hujusmodi feuda camerae cavenæ, &c. sint feuda ab-  
solutè non propria Ulterius hic disquiritur? dicemus & contra-  
dicemus, consideratione sed diversâ: Respectu naturæ feudorū  
generalis, quâ debent esse perpetua, non propria illa asseremus.  
Respectu verò sui ipsius propria eadem cum Vultejo dicemus.  
Quoniam hanc, & non aliam qualitatem sive naturam à consue-  
tudine feudali acceperunt.

c. un. de feud. Guard. & Guast. c. un. § similiter 4. si de Invest.  
feud. controu. fuerit, c. un. in fi. de contentione inter Dominum  
& fidelem c. un. de pign. dato feudo. Vult. lib. 1. feud. d. c. 8. n.  
38. fol. 343. Feudum

IV.

Feudum ergò non proprium sive degenerans primum erit, quod sine investitura conceditur, quod fit, quando Vasallus, volente domino, omnibus alijs solemnitatibus omissis, corporalem rei possessionem occupat. (a) Forma enim in feudo hujusmodi non nihil alteratur, quæ in petitione Investituræ, Investiturâ ipsâ, & fidelitatis præstatione consistit. (b) Vel potius in solâ fidelitate, quæ anima feudi rectè appellatur, cum sine eâ, nec beneficium nec feudum tale acquiratur, aut conserverur.

(a) c. un. de feudi cognitione c. un. in pr. quid sit Investitura. c. un. per quos fiat invest. c. un. quid præcedere debet. c. un. de Invest. de re alien. facta c. un. de Invest. alien. benef. Alvar. in § Insuper. 2. de prob. feud. alien. per Fred. Dyn. c. 1. de R. I. in 6. Ias. præl. feud. n. 12. Curt. Iunior. de feud. p. 2. q. 4. n. 14. Bart. cons. 127. n. 9. vol. 3. Zas. p. 6. n. 5. 6. & 27. Mozius de subst. feud. n. 33. Gozad. cons. 8. n. 21. & seq. Grat. cons. 9. n. 113. Menoch. cons. 1. n. 21. vol. 1. Duar. de feudis c. 7. n. 12. Hartm. præct. obs. tit. de feud. obs. 7.

(b) d. c. Vnico feudi cogn. c. 1. § si. per quos fiat Invest. c. quid præced. debet Investitura vel fidelitas. c. un. de nova forma fidelitatis c. un. de consuet. rectè feudi. Zas. p. 12. n. 38. Moz. de divis. feudi n. 39. & 77. Dominus Franzius in præl. suis in consuet. feud.

ZITNAE

Quid de illo feudo, cuius nec investitura probatur, neq; de aliqua duntaxat concedentis voluntate docetur? Feudum hoc neq; proprium, neq; non proprium censemus. Nam feudum sive rectum, sive non rectum, per Investituram constituitur necessarium est: Illâ vel propriâ vel abusivâ. (a) Petitione autem renovandæ Investituræ, & renovatione ipsâ, per conventionem remissis, feudum non proprium definiemus.

(a) Gozad. d. consil. 8. n. 21. Grat. consil. 9. n. 113. Vol. 2. Parisius cons. 23. n. 9. vol. 1. Menoch. cons. 252. n. 7. & cons. 255. n. 9.

(b) Zas. p. Vlt. epit. feud. n. 38. Borch. de feud. c. 4. n. 34. Wesenb. d. c. 2. n. 10. Vult. feud. lib. 1. c. 8. n. 41. fol. 345.

V.

Feudis non proprijs porro annumeramus & illud, quod conceditur, juramento fidelitatis non præstito. (a) Quamvis enim fides

fides neq; directò, neq; obliquè Vasallo possit remitti, remitti tamen potest Iuramentum fidelitatis, (b) quò remissò, Vasallus nihilominus est ad omnia, quæ Iuramento fidelitatis continentur, domino obligatus. (c) Nec immerito talis conventio de iuramenti remissione toleratur. Sunt enim multi numinis divini metu, ad usq; superstitionem timidi. Etsi quoq; experientiâ astipulante, plurimi contemptu religionis ad jurandum reperiuntur facillimi. (d)

(a) c. 1. in fin. per quos fiat Invest. c. un. de fidelitate. c. 1. in fin. principij, quæ fuit prima causa benef. am.

(b) Laudensis c. 1. n. 15. In quibus causis feud. Parisius de Redintegr. feud. c. 8. n. 20. (solet autem iuramentum fidelitatis remitti in feudis modici momenti) Bl. in c. Inter dilectos. de fide instr. las. in præl. feud. n. 115. & 116. cum seq. Zas. p. 12. n. 34. Moz. de divis. feudi n. 76. Menoch. cons. 391. n. 35. vol. 4. Schrad. parte 2. c. 4. n. 18. Vasallo, licet domino & successoribus ejus fidelitatem juraverit, suadetur tamen petitio renovandæ Investiturae. A præstatione verò novi iuramenti successoribus ejusdem, immunis est.

(c) Thom. de Marinis tit. 16. n. 7. c. un. ibi. sunt enim quedam feuda. Quæ fuit prima causa benef. amittendi Borch. de feudis c. 1. n. 21.

(d) L. quæ sub conditione § 1. ff. de condit. Instit. L. si à milite 29. § 2. ff. de testam. militis L. si quis inquilinos 112. § fi. de leg. 1. L. non dubitamus 20. ff. de cond. & demonstr. Cujac. 5. obs. 1.

ΖΗΤΗΜΑ

An feudum concedi possit, ut dominium utile unà cum directò apud concedentem maneat, & feudum nihilominus sit non proprium disquiritur? Post alios affirmat Duarenus, (a) nos negabimus. Nec etiam putamus hoc modo feudum non proprium constitui posse, dominio nimirum utroq; à dante in accipientem translato, retenta licet fide, quod tamen asserunt, non pauci. (b)

(a) c. 2. n. 8. de feudis.

(b) las. in præl. feud. Bl. L. 3. in fin. C. si plures unà sententiâ Socinus. cons. 76. n. 45. Vol. 1. Zas. p. 12. n. 33. Wesenb. d. c. 2. n. 10. Duar. d. c. 2. n. 8. Vult. sepè dicto c. 8. n. 40. fol. 344.

Feudum



VI.

Feudum non proprium & hoc censemus, quod fæminis conceditur, & omne illud in quo de fæmineâ successione convenit.

*c. un. de feudo fæminæ c. un. de beneficio frat. ZaZ. p. 12. n. 29.  
Bursat. conf. 49. n. 66. VVes. d. c. 2. n. 10. Borch. c. 4. n. 28.  
de feudis. Vult. de feudis. lib. 1. c. 8. n. 23. fol. 345.*

Ζήτημα

De feudo emptitio quid? Gravissimè inter feudistas de eo controvertitur, feudum emptum sit ne improprium? Et post communem affirmativam, cui Vnicus Sonsbecius contrariatur, celeberrimus Vultejus, ipsius quoq; Sonsbecij fundamenta destruere, ejusdemq; argumenta diluere eruditissimè collaboravit, (a) cujus judicio salvo, cum domino præside præceptore, pro negativæ defensione, respondebo, (b)

(a) d. c. 8. n. 45. fol. 349.

(b) *c. un. de feudo dato in vices. L. commissoria reprob. L. Titius 3. in fin. ff. de obs. parent. & patr. præstandis Dominus Franz. in prælect. suis. in consuet. feud. nihil est quod regeris ex disp. præced. 5. th. 3. lit. d. ibi inter disputandum negativa obtinebat.*

VII.

Hinc quoq; inficiabimur, ejusmodi tenore feudum non proprium concedi, quod quidem non emitur, ita tamen constituitur, ut eo quotannis, domino aliqua pensio præstetur. Sed hoc modo effici contractum censualem, statuemus, (a) multi licet contendant, hic iniri contractum Emphyteuticum, (qui à censuali differt, quod censualis non tribuat jus commissi propter pensionem triennio, aut si Ecclesiæ exsolvatur biennio, non solutam. *Myns. § adeò Inst. locati n. 10.*) aut aliquem alium contractum innominatum. (b)

(a) *Afflict. decisio. 129. n. 4. Capit. decis. 103.*

(b) *Schenck. in c. 1. § in primis penult. In quibus causis. Ias. prælud. feud. n. 62. Bal. in L. liberti 10. n. 36. C. de operis libert. idem in L. cum falsa 5. C. de Iuris & facti ign. Alex. L. Vtrum 3. ff. de V. O.*

VIII.

Ad feuda non propria etiam hoc assumimus in quo servitium præstatur reale.

*Curt. Iun. de feudis p. 6. q. 6. Bl. in Auth. si quis ruinas C. de  
S S. Ecclesijs. Alex. cons. 10. vol. 5. Paris. cons. 4. n. 13. & cons.  
12. n. 20. & seq. vol. 1. Bursatus prolixius in cons. 127. n. 18.  
Mozius quidem de divis. feud. n. 36. autumat contractum effici  
innominatum, feudo sub praestatione realis servitij concessio. Idem  
tamen aliter & rectius docuit de Subst. feudi n. 27. nimirum hoc  
tenore, feudum non proprium concedi.*

*IX.*

Inter feuda non propria praeterea referimus & feudum quod  
liberum est ab omnibus oneribus, ab omnibus servitijs exem-  
ptum & ad faeminas ideo transitorium, atq; Francum feudum  
nominatur. (a) Quod quamvis sit contra naturam feudorum,  
tamen non est contra eorum substantiam. Hinc habemus *πρό-  
μυρον*, si dominus fidelem suum ab omnibus liberet servitij one-  
ribus, feudum non extingui. In talium autem feudorum con-  
stitutione duo requiruntur: prius ut dicatur esse liberum; po-  
sterius quod ex priore subsequitur, ut ad nulla teneatur servi-  
tia. (b)

(a) *Borch. d. c. 4. n. 32. Schrad. c. 4. n. 6. Menoch. cons. 181.  
n. 83. Vol. 2. idem cons. 400. n. 21. Vol. 5. Alex. cons. 30. n.  
20. Vol. 1. Natta. cons. 600. n. 8. Vol. 3. Oldr. cons. 34. Castren-  
sis cons. 312. Vol. 1. las. cons. 57. Vol. 1. Br. cons. 4. n. 8.  
(b) *Alvar. in 2. divis. feud. Borch. in 5. divis. feud. Rebuff. in  
14. Bal. in 18. idem in c. inter dilectos de fid. Instrum. Clarus in  
9 feud. q. 12. Camerarius in c. Imperialem fol. 35. Thom. de  
Marinis tit. 17. n. 8. Rosenth. c. 2. concl. 33. Vult. lib. 1. de feud.  
c. 8. n. 50. fol. 353.**

*X.*

Tandem feudum non proprium & hoc tenore constitui ar-  
bitramur, quo conceditur alicui, ut ipsi, cui concessum est, ipsi-  
usq; heredibus, & cui dederint habere liceat. (a) Heredis appella-  
tionem secundum materiam feudalem accipimus, juxta vul-  
garem: verba cujusq; dispositionis excipi debere, secundum sub-  
jectam materiam, & sequi naturam contractus de quo fiunt.  
Verba enim rebus inserviunt, & non e contrario, (b) idq; ma-  
ximè in feudorum concessione & Investituris. (b) Aded ut ver-  
ba

ba ex natura feudi, contra propriam significationem sæpè veni-  
ant potius, quàm ut feudi naturæ derogetur. (b) Hinc verba  
in Investituris pro se & heredibus suis intelliguntur de heredi-  
bus masculis feudalibus. (e)

(a) Moz. de feudi divis. n. 38. Schrad. d. c. 4. n. 62.

(b) L. sciendum c. ff. de V S.

(c) Bl. in cap. Conradi, Belvis, Alvar. Præp. c. un. § fin. quid  
sit investitura. Decius cons. 193. n. 5.

(d) c. un. § fin. de success. feudi.

(e) Vult. lib. I. de feudis d. c. 8. n. 27. fol. 310.

#### X I.

Generatim circa feuda hæc non propria observandum erit,  
quod in omnibus ceu feuda propria regulari debeant, illis so-  
lummodo exceptis, in quibus aliquid de priorum feudorum  
natura alteratum est,

c. un. de feudo non hab. prop. feud. naturam. c. un. de feudis im-  
proprijs Curt. p. 6. q. 6. Hannet. de feudis lib. 4. c. ult. ZaZ. p.  
12. n. 14. Somb. p. 4. § 5. Clarus in § feud. q. 16. n. 2. 1a §.  
cons. 117. columna 4. § seq. lib. 4. Roland. à Valle cons. 2. n.  
135. Vol. 1. § cons. 50. n. 15. Vol. 3. Idem cons. 1. n. 12. Vol. 4.  
Nam dispositio limitata juxta vulgarem, limitatum producit esse-  
ctum L. 16. ff. de acq. rerum dominio arg. l. 1. § 1. ff. de pericu-  
lo & com. rei ven. Borch. de feudis c. 4. num. Vlt. in fin.

#### X I I.

Cæterum de feudo mixto, quod in hoc solum alteratum  
intelligitur, quod succedens heres esse debeat, in reliquis natu-  
ram feudi ex pacto & providentia retinet, hic obiter saltem fiet  
dispectio.

Menoch. cons. 968. n. 7. § seq. Vult. de feudis lib. 1. d. c. 8. n. 30.  
fol. 315.

#### X I I I.

Mixtum autem feudum appellatum est, quia habet aliquid  
de feudo hereditario, aliquid de feudo ex pacto & providentia,  
& conceditur Vasallo pro se, filijs, & heredibus.

Clarus § feud. q. 9. Pinell. l. 1. C. de bono matrim. p. 3. n. 88.

Borch. c. 4. n. 10. Frecc. de subeo feud. lib. 3. art. 15. Decius cons.

445. n. 8. Socin. cons. 114. n. 14. Vol. 2. Bursi. cons. 91. n. 13.

lib. 1. ideo etiam mixtum dici existimant, quod non perinde ut  
mere hereditarium ad heredes etiam extraneos, sed ad descen-

*dentes tantum masculos tamen transeat. Grat. cons. 4. vol. 1. Grae  
veta cons. 256. n. 31. Pist. q. 1. n. 47.*

XIV.

Feudum nec heredum nec aliorum mentione facta, receptum, hoc nempe tenore: Titius accepit feudum Tusculanum à Sempronio, Uniforme dicunt, (a) Quod tamen ejusdem naturae esse volunt cum feudo mixto, In dubio verò feudum ex pacto & providentia multi praesumunt, plures hereditarium. (b)

(a) *c. un. de duob. fr. à cap. Invest. Ifern. c. 1. n. 9. de alien. feud. Belv. c. un. in fin. de eo qui sibi aut heredibus. Afflit. in praelud. feud. n. 99 Curt. Iun. cons. 3. n. 4. Brun. cons. 8. n. 14. Rosenth. c. 2. concl. 34. Socin. Iun. cons. 105. n. 34.*

(b) *Ifern. in c. un. § & si libellus. de alien. feud. paterni Ardi. § item queritur de succes. feud. Camer. § praeterea fol. 792. de prob. feud. alien. per Fred.*

XV.

Hinc feudum susceptum pro se, & heredibus ex suo corpore legitime descendentibus, perhibent hereditarium, ut & acceptum pro se & heredibus masculis. Item pro se & heredibus legitimis.

*Clarus in § feudum. q. 9. c. 8. Paris. cons. 4. n. 27. lib. 1. Thom. de Marinis. tit. 5. n. 20. & 27. quod tamen alij feudum, ex pacto & providentia dicunt. Rol. à Valle. cons. 27. vol. 1. idem cons. 28. & cons. 55. vol. 3. priorum sententiam communiorem Rosenth. & vult dictis locis testantur.*

XVI.

Stante concessione pro se & liberis, vel heredibus ex corpore descendentibus, dubitatum fuit, cujusnam naturae feudum hoc esset? Feudum hoc ex pacto & providentia reliquerunt, Thom. de Marinis tit. 5. n. 20, Affl. c. un. de eo qui sibi Rosenth. c. 2. concl. 24. & concl. 26. Adycentes, in tali feudo descendentes non succedere nisi sint heredes quoque ultimo defuncto.

XVII.

Vocem feudi ex pacto & providentia commentitiam perstrinxit Thomas, (a) & in scholâ feudali minus necessaria. Nos terminum hunc cum Pistorio, (b) & Camerario, (c) utpote à maxima interpretum parte utiliter usurpatum, & in toto receptum retinemus.

(a) de

(a) de feudis tit 1. in pr. (b) q. 1. n. 7. Vbi fusius prosequitur, quæ sit huius termini vis & significatio, (c) in c. un. § Insuper versa præterea de feud. alien. per Frede.

XVIII.

Idem Marinus feudum hoc dici tradidit, (a) ex pacto & providentia, eam ob causam, referente Vultejo, (b) quod non solum à pacto acquirentis, sed etiam peculiari quadam provisione concedentis in successores transeat. (c) Ut ita pactum accipientem potissimum respiciat, providentia verò dantem. Et hac ratione origo huius feudi erit ab accipiente, successio verò ex providentia concedentis.

(a) tit. 1. de feudis n. 14. & seq. ut n. 24.

(b) lib. 1. c. 8. n. 27. fol. 310.

(c) Frecc. de feudis lib. 3. diff. 22.

Ἐπιστάγματα Duo.

I.

An patri liceat uni ex filijs prælegare feudum, quod ei concessum erat p quibuscunq; heredib<sup>9</sup>, etiam extraneis? negamus.

II.

An generalis prohibitio testandi locum etiam habeat in feudis non proprijs? affirmamus.

πάρεργον

Num ideo benè ab interpretibus, dominium distinctum sit in directum & utile, quia directam habemus & utilem actionem? Quod negatur. Nam (ut eruditè recentiores loquuntur) jus quò res nostra est, unum tantum est, cuius usus à re ipsa separari potest, eidemq; rursus consolidari, eoq; respectu plenum & minus plenum dominium dici ab incidenti, in species verò dividi non potest.

arg. L. un. C. de nudo jure Quirit. toll. L. II. § 4. & seq. ff. de Except. rei jud. L. 1. § 1. ff. si ager vestig. pet. Cujac. II. obs. 35. Vult. 1. discep. Schol. c. 19. Duar. 1. disp. annivers. 17. Coras. Miscel. lib. 6. c. 20. n. 2. Treut. 1. p. disp. 15. Th. 1. lit. 4. illis tamè qui distinctione directi & utilis dominij utantur facilioris traditionis gratiâ, non admodum contradicendum putant. Sed cesset πάρεργον ne audiamus: τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμενα, τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονῶμεθα.

τελ. ὁ μὲν πάντοτε δόξα δεῖ

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs, with some lines appearing to be headings or section markers. The ink is very light and the paper is aged and yellowed.



155054


AB 155054

ULB Halle 3  
004 829 352



VD 17





155







12

LLEGGII FEUDALIS  
DISPUTATIO XIII.  
FEVDIS NON PRO-  
PRIIS.

Quam

M. D. C. E. A.

IDE AMPLISSIMO  
MOQUE VIRO, DOMINO THO-  
NZIO, IC. Feudaliumq̄ consuetud. in  
à Vitebergensi Professore publico  
defendendam proponit;

TINUS IEMNICIUS,  
Mysnensis,  
XVI, Decembr,



WITEBERGÆ,  
Typis M. Georgij Mullerj,  
Anno M. D. XCVI.

